



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1 Vtrum eubulia sit virtus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



scibilem, per quam moueantur ad ea, quae sunt salu-  
ti eorum accommodata, sed etiam vim irascibilem,  
per quam animal resistit impugnantibus. Vnde &  
in his, quae sunt secundum rationem, non solum  
oportet esse prudentiam politicam, per quam dispo-  
nantur conuenienter ea, quae pertinent ad bonum  
commune, sed etiam militarem, per qua hostium  
insultus repellantur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod militaris po-  
test esse ars, secundum quod habet quasdam regulas  
vtendi quibusdam exterioribus rebus, puta, armis,  
& equis: sed secundum quod ordinatur ad bonum  
commune, habet magis rationem prudentiae.

AD SECVNDVM dicendum, quod omnia nego-  
tia, quae sunt in ciuitate, ordinantur ad aliquas par-  
ticulares utilitates: sed militare negotium ordinatur  
ad tuitionem totius boni communis.

AD TERTIVM dicendum, quod executio mi-  
litaris pertinet ad fortitudinem: sed directio ad pru-  
dentiam, & praecipue secundum quod est in duce  
exercitus.

QVAESTIO LI.

De Virtutibus adiunctis prudentiae, in  
quatuor articulos diuisa.



OSTEA consideran-  
dum est de virtuti-  
bus adiunctis prudē-  
tia, quae sunt quasi par-  
tes potētiales ipsius.

ET CIRCA hoc quaeruntur  
quatuor.

¶ Primò, Vtrū eubulia sit virtus.

¶ Secundò, Vtrum sit specialis  
virtus a prudentia distincta.

¶ Tertio, Vtrum synesis sit spe-  
cialis virtus.

¶ Quarto, Vtrum gnomo sit spe-  
cialis virtus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum eubulia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur.  
Vt, quod eubulia non sit virtus.

Quia secundum Augustinum in libro de  
liber arbitrio virtutibus nullus male vitium sed  
eubulia quae est bene consiliatiua,  
aliqui male utitur, uel quia astu-  
ta consilia excogitat ad fines ma-  
los consequendos, aut est ad bonos  
fines consequendos aliqua pec-  
cata ordinant, puta, qui furatur,  
ut eleemosynam det: ergo eubi-  
lia non est uirtus.

¶ 2 Praet. Virtus perfectio quaedam  
est, ut dicitur in 7. Phys. sed eubi-  
lia circa consilium consistit, quod  
importat dubitationem, & inqui-  
sitionem, quae imperfectionis  
sunt: ergo eubulia non est uirtus.

¶ 3 Praet. Virtutes sunt connexae  
adinuicem, ut supra habitum est: sed  
eubulia non est connexa alijs  
uirtutibus. multi enim peccatores  
sunt bene consiliatiui, & multi

iuisti sunt in consilijs tardi: ergo  
eubulia non est uirtus.  
SED CONTRA est, quod eubi-  
lia est rectitudo consilij, ut Phil.  
dicit in 6. Ethic. sed recta ratio  
perficit rationem uirtutis: ergo  
eubulia est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod sicut su-  
pra dictum est, de ratione uirtutis hu-  
mana est, quod faciat actum homi-  
nis. Inter ceteros autem actus homi-  
nis, proprium est ei consiliari,  
quia hoc importat quandam rationis  
inquisitionem circa agenda, in qui-  
bus consistit uita humana. Nam ut  
ra speculatiua est supra hominem,  
ut dicitur in 10. Ethic. Eubulia autem  
importat bonitatem consilij. De  
n. ab eo: quod est bonum, & bonum  
quod est consilium, quasi bona  
consiliatio, uel potius bene consi-  
liatiua. Vnde manifestum est,  
quod eubulia est uirtus humana.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod  
non est bonum consilium, siue ali-  
quis malum finem in consiliando  
praestituit, siue est ad bonum finem  
malas uias adinueniat: sicut et in  
speculatiuis non est bona ratio ci-  
uilitatis: siue aliquis falsum concludat,  
siue est concludat uerum ex falsis  
dictis, quia non utitur conuenien-  
ti medio. Et ideo utrumque praedictorum  
est contra rationem eubuliae, ut Phil.  
dicit in 6. Ethic.

AD SECVNDVM dicendum, quod  
est uirtus sit essentialiter perfe-  
ctio quaedam, non tamen oportet, quod  
omne illud quod est materia uirtu-  
tis, importet perfectionem. Opor-  
tet enim circa omnia humana per se  
uirtutes, & non solum circa actus  
rationis, inter quos est consilium, sed  
et circa passionem appetitus sensiti-  
ui, quae adhuc sunt multo imper-  
fectiores. Vel potest dici, quod uirtus  
humana est perfectior secundum  
modum hominis, qui non potest  
certitudinem comprehendere ueritatem  
rerum simplicium intuitu simplici,  
& praecipue in agnili-  
libus, quae sunt contingentia.

AD TERTIVM dicendum,  
quod in nullo peccatore, in quantum  
homo, inuenitur eubulia. Omne  
enim peccatum est contra bonam con-  
siliatiuam. Requiritur enim ad be-  
ne consiliandum non solum ad-  
inuentio, uel excogitatio eorum,  
quae sunt opportuna ad finem, sed  
et alia circumstantia. scilicet tempus co-  
gruum, ut nec nimis tardus, nec  
nimis uelox sit in consilijs: & mo-  
dus consiliandi, ut scilicet sit hu-  
mus in suo consilio, & alia hu-  
iusmodi debita circumstantia,  
quae peccatores peccando non ob-  
seruant. Quilibet autem uirtuo-  
sus est bene consiliatiuus in his

1. 2. q. 5. art.  
6. Et 3. dist.  
33. q. 3. ar. 1.  
q. 2. Et 6.  
Ethic. lect. 8.  
& 9.  
\* Lib. 2. de  
liber. arbit.  
cap. 18.

Lib. 7. text.  
17. tom. 2.

1. 3. q. 65.  
art. 1.



Quinquagesima prima articulum secundum.

In art. eiusdem s. 1. q. dubium occurrit, Quomodo esse bene consiliatum, bene iudicatum, & bene praeceptum, ab invicem separantur, & tamen omnes virtutes sunt connexae. Ad hoc beatus dicitur, q. autor non loquitur in verbis de virtutibus facientibus bene consiliari, iudicare, & praecepere: sed de naturalibus dispositionibus, & executionibus praecepti ad virtutes, & ex diuersitate horum, qua ex separabilitate probat, diuersitatem virtutum concludit. Naturales autem dispositiones separari patet ex eo, q. inquisitionis ut imaginatio, iudicij, sicut in eo naturali inclinatione ad aliquid, puta, castitatem, liberalitatem, bonitas consistit: imaginatio, n. bona plurimum est aduentitia virtutum. Sensus autem communis, iudicij circa singularia firmatus est, & hoc ut in illis rationi. Inclinationem autem ad aliquid, promptos nos reddat ad executionem, & praecepere facere, trahendo voluntatem ad consona illi inclinationi. Exercitationes quoque videmus separatas, dum inueniuntur ad proponendum libenter audimus, iudicatos ad decernendum, Promptis ad aliqd vimur ad exequendum in illo genere, puta, liberalibus natis ad dispendendum communia, & natis castis ad continentiam cum mulieribus.

In eod. artic. in respon. ad primum, dubium occurrit, Quomodo verificatur, q. prudentia bene consiliatur imperatine, cuiuslibet sit prior natura saltem, quam prudentia. Prius est enim recte consiliari, & deinde iudicare, & demum praecepere. Quomodo ergo prudentia praecepit iam factu?

Ad hoc dicitur, q. cum prudentia se habeat ad eubuliam, & alias aduentitas virtutes, quemadmodum militaris se habet ad equestrem, & gladiatorem, ut patet ex ordine finis istarum subseruentium ad finem principantis, consequens est, ut sicut militaris imperat subseruentibus sibi artibus, ita prudentia praecepit ministrantibus sibi virtutibus. Recte autem hoc in exterioribus, in quibus praeceptans subiecto

quae ordinantur ad finem virtutis: licet forte in aliquibus particularibus negotijs non sit bene consiliatiuus, puta, in mercationibus, uel in rebus bellicis, uel in aliquo homini.

ARTICULVS II.

Primum eubulia sit virtus distincta a prudentia.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, q. eubulia non sit virtus distincta a prudentia. Quia, ut Philo. dicitur in 6. Ethic. v. prudens est bene consiliari: sed hoc pertinet ad eubuliam, ut dictum est. Ergo eubulia non distinguitur a prudentia. ¶ 2. Præ Humanis actibus, ad quos ordinatur humanae virtutes, praecipue specificantur ex fine, ut supra dictum est: sed ad eundem finem ordinatur eubulia, & prudentia, ut dicitur 6. Ethic. non autem ad quandam particularem finem, sed ad communem finem virtutis vite. ergo eubulia non est virtus distincta a prudentia.

¶ 3. Præ Inscientiis speculatiuis ad eandem scientiam pertinent inquirere, & determinare. ergo pars ratione in operatiuis hoc pertinet ad eandem virtutem: sed inquirere pertinet ad eubuliam, determinare autem ad prudentiam. ergo eubulia non est alia virtus a prudentia.

SED CONTRA est, quod prudentia est praecipua, ut dicitur in 6. Ethic. hoc autem non conuenit eubuliae. ergo eubulia est alia virtus a prudentia.

RESPOND. Dicendum, q. sicut dictum est supra, virtus proprie ordinatur ad actum, quem reddit bonum: & ideo oportet sibi differentiam actuum esse diuersas virtutes, & maxime quoniam non est eadem ratio bonitatis in actibus. Si enim esset eadem ratio bonitatis in eis, tunc ad eandem virtutem pertinerent diuersi actus: sicut ex eodem dependit bonitas amoris, desiderij, & gaudij: & omnia ista pertinent ad eandem virtutem charitatis. Actus autem rationis ordinati ad opus sunt diuersi, nec habent eandem rationem bonitatis. Ex alio. n. efficitur homo bene consiliatiuus, & bene iudicatiuus, & bene praeceptiuus: quod

nitatis virtuti morali tribuitur: secundi autem synesis, quia illius est magis finis, istius autem est magis id quod est ad finem. Ministrat enim haec prudentia, quae est eorum quae sunt ad finem: illa autem intentionem finis rectam facit.

A distinguitur a consiliariis, Princeps namque, cuius est praecipere, imperat consiliariis: & simile accidit inus in anima. ¶ Ad objectionem autem in oppositum dicitur, q. quia finis principalis est vltimum in executione, & primum in intentione: deo virtus, uel ars, cuius est respicere illum finem principalem ut patet ex hoc, q. ista aliquando ab invicem separantur. Et ideo oportet aliam esse virtutem eubuliam, per quam homo est bene consiliatiuus, & aliam prudentiam, per quam homo est bene praeceptiuus. Et sicut consiliari ordinatur ad praecipere tanquam ad principalem: ita et eubulia ordinatur ad prudentiam, tanquam ad principalem virtutem, sine qua nec virtus esset, sicut nec morales virtutes sine prudentia, nec ceterae virtutes sine charitate.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ad prudentiam pertinet bene consiliari imperatiue, ad eubuliam autem elicitiue.

AD SECUNDVM dicendum, q. ad vnum finem vltimum, quod est bene viuere totum ordinatur diuersi actus sibi quendam gradum. Nam praecedit consilium, sequitur iudicium, & vltimum est praeceptum, quod immediate se habet ad finem vltimum. Alij autem duo actus remote se habent, qui tamen habent quosdam proximos fines, consilium quidem intentionem eorum, quae sunt agenda; iudicium autem certitudinem. Unde ex hoc non sequitur, q. eubulia, & prudentia non sint diuersae virtutes, sed quod eubulia ordinatur ad prudentiam, sicut virtus secundaria ad principalem.

AD TERTIUM dicendum, q. et in speculatiuis alia rationalis scientia est dialectica, quae ordinatur ad inquisitionem inuentiuam: & alia scientia demonstratiua, quae est veritatis determinatiua.

ARTICULVS III.

Primum synesis sit virtus.

AD TERTIUM sic proceditur. Vt, q. synesis non sit virtus. Virtutes enim non inveniuntur nobis a natura, ut dicitur in 2. Ethic. sed synesis inest aliquibus a natura, ut dicit Philo. in 6. Ethic. ergo synesis non est virtus.

¶ 2. Præ Synesis, ut in eod. lib. dicitur, est solum iudicatiua: sed iudicium solum sine praeccepto potest esse etiam in malis. cum ergo virtus sit solum in bonis, videtur quod synesis non sit virtus.

¶ In articulum 3. eiusdem quaest. in respon. ad primum, nota duplex iudicium concurre ante actum praecipi, scilicet, de fine particulari, & hoc fit in minori propositione: & de eo quod est ad finem, quod praecipendum est: & hoc fit in conclusione. Et licet vtrumque iudicium spectet ad synesim, primi tamen bonitas virtuti morali tribuitur: secundi autem synesis, quia illius est magis finis, istius autem est magis id quod est ad finem. Ministrat enim haec prudentia, quae est eorum quae sunt ad finem: illa autem intentionem finis rectam facit.

Secunda Secunda S. Thomae.

Q 3

1. 2. q. 57. ar. 6. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 1. q. 2. Et 6. Ethic. lect. 9. Lib. 2. c. 11. tom. 5. Lib. 6. c. 11. a medio. Lib. 6. c. 10. tom. 5.